

INVESTITVRE,  
PRIVILEGII , E DICHiarationi  
Di S. A. R. e de' suoi Supremi Magistrati,  
à fauore di  
**D. MERCVRINO  
ALFONSO ARBORIO**

Marchese di Gattinara, Conte d'Albano, e di Viuro-  
ne, Signore d'Ochieppo Superiore, Caualiere  
Gran Croce, e di Camera di S. A. R.  
e Colonello nel Battaglione  
di Piemonte.



IN TORINO M. DC. LXXI.

---

Per Gio. Sinibaldo Stampatore di S. A. R. e dell' Eccell. Camera.

*omissis...*

*Confirmation, & ampliatione, e nuova concessione del Contado di Gattinara  
fatta per Carlo Quinto li 10. di Genaro 1523.*

# CAROLVS QVINTVS

Divina fauente clementia electus Romanorum Imperator,  
semper Augustus, ac Rex Germaniae, Castellæ, Arragoniæ,  
Legionis, utriusq; Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ,  
Croatiae, Nauarræ, Granatæ, Toleti, Valentia, Gallicæ,  
Maioricarum, Hispalis, Sardinia, Cordubæ, Corsicæ, Murcia, Giennis, Algarbiæ, Algezira, Gibraltaris, ac Insularum  
Balearium, Insularum Canariæ, & Indiarum, ac Terræ firmæ  
Matis Oceanii, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantia, Stiria, Carinthia, Carniolæ, Lymburgia,  
Lucemburgia, Gheldria, Calabria, Athenarum, Neopatria,  
Wiertembergæ, &c. Comes Flandriæ, Habsburgi, Tirolis,  
Barchinone, Arthois, & Burgundia, Comes Palatinus Han-  
noniæ, Holandia, Seelandia, Ferretis, Kiburgi, Namurci,  
Rossilionis, Ceritania, & Zutphaniæ, Lantgravius Alfatiæ,  
Marchio Burgouïæ, Oristani, Gotziani, & Sacri Romani  
Imperij, Pinceps Suevia, Cathaloniæ, Asturiæ, Dominus  
Phrysiæ, Marchiæ, Sclauonia, Portusnaonis, Biscaia, Moli-  
na, Salinarum, Tripolis, & Mechinnes, &c.



AGNIFICO nostro, & Imperij sacri fidei dilecto Mercurino Arboriensi, Gattinaria, Valentia, ac Sartiranæ Comiti, Ozani, & Terriculæ Baroni, Sacrorumq; Iurium Doctori, ac Militi, supremo nostro, ac omnium Regnorum nostrorum Cancellario, gratiam nostram Cesaream, & omne bonum. Etsi Imperialis Maiestatis gloria sublimitas, non eis circumspeta benignitas, vniuersorum exaltationi studiosè consuevit intendere, & ad ea quæ Reipublicæ grata compendia afferunt, ampla consideratione perpendere, ad illorum tamen sublimationem procurandam vberius promouetur, & singulari quodam fauore inclinatur, quos antiquissimis stemmatis dignitas, animi, & virtutum nobilitas, morum excellentia, intemerata deuotionis constantia, & inviolata fidei diuturnitas evidenter testimonij, dignisq; operibus in conspectu Imperialis culminis non mediocriter recommendat, ad illosq; munificentia dexteram liberalius dignatur extendere. Quos pro suæ Maiestatis, Sacriq; Imperij honoribus, & commodis fama celebris

bris diutius illustrauit, & feruentioribus studijs testatur insudasse. Nam  
 quanto magis hi fuerint honorum, & gratiarum fascibus decorati, tan-  
 to Imperialis munificentia inter eorum agmina resplendebit potentior,  
 & honorū quorumlibet felicia suscipiet incrementa. Sanè quum dudu-  
 te in minoribus Agente, ac Præsidentiam, & Præfecturā nostri Parlamen-  
 ti Burgundie obtinente Sacratissimus Diuę recordationis Maximilianus  
 Imperator Auus noster, tuis iam tunc exigentibus meritis, ex causis le-  
 gitimis, priuilegijsq; ac titulis tuorum Antecessorum Arboriensis pro-  
 sapiae, diligenter inspectis, quorum tenores pro sufficienter expræssis  
 haberi voluit, te velut ipsius agnationis Arboriensium primarum, ac pre-  
 cæteris dignum, de Castris, & locis Gattinariæ, Arborij, Ghislarengi,  
 Lentæ, Gregij, Recepti, Giardini, & Sancti Colombani, cum illorum  
 iurisdictionibus, redditibus, & pertinentijs quibuscumq; tamquam ad  
 sacrum Imperium ipso iure deuolutis infeudauerit, & inuestiuuerit, eri-  
 gendi ea omnia in vnum Comitatū, ac ordinem tuorum successorum  
 disponendo, aliasq; præheminentias concedendo, sub modis, formis, &  
 conditionibus in priuilegio ipsius infeudationis, & inuestituræ latius  
 enarratis, ac ad plenum expræssis. Cumq; post dicti priuilegij conce-  
 sionem, causantibus rerum Italicarum turbinibus, alijsq; legitimis impe-  
 dimentis ad id accedentibus, tum viuente ipso Diuo Maximiliano Cæ-  
 sare Auo nostro, tum eo vita functo, tibi hactenus non licuerit ipsius  
 Imperialis priuilegij exequitionem, ac obseruantiam assequi, quum po-  
 tissimè nostris, & Domus nostræ, ac Sacri Imperij rebus magis, quod  
 tuis proprijs semper intentus fueris. Qui propterea tuis exigentibus  
 meritis, ob tuam summam probitatem, doctrinam, fidem, in rebusque  
 agendis dexteritatem, ac omnium virtutum genere excellentiam, ad ip-  
 sius nostri, ac omniū Regnorum, & Dominiorū nostrorum supremi Can-  
 cellariatus apices promoueri meruisti, omni quidem ambitione ces-  
 sante, eo munere tibi etiam absenti, ac non petenti, nostra sponte pro-  
 prioq; motu à Nobis liberaliter collato, non quidem immerito, quum  
 te Duce, ac directore, tuisq; opera, & consilio, res nostræ, ac Sacri Ro-  
 mani Imperij non solum in suo decore conseruatæ fuerint, sed maxi-  
 mum sumpserint incrementum. Dum enim Franciscus Rex Franco-  
 rum, violatis fœderibus, quæ nobiscum habebat, nulla culpa nostra  
 accidente, bellum vndiq; contra Nos, & Dominia nostra suscitasset, ac  
 suscitari fecisset, & maiora in Nos, & Statum, ac dignitatem nostram  
 Imperiale moliri conaretur, tu qui semper rebus nostris conseruandis,  
 & subleuandis indefesse stuuisti, tuo consilio, tua industria, & vigi-  
 lantia, ac singulari prudentia taliter res ipsas nostras, ac Sacri Imperij  
 direxisti, vt accito in partes nostras Leone Decimo Diuę memorie  
 Pontifice Maximo, validissimoq; exercitu per Nos concorditer in Italia  
 conflato, diuino Nume iustissimæ causæ nostræ fauente, Gallum ab  
 Italia, qua Nos extrudere cogitabat, virtutes repuleribus, ac illi cedere  
 coegerimus, recuperatis, ac ad obedientiam nostram, & Sacri Imperij  
 reductis, Statibus Mediolani, & Genuæ, qui etiam tua industria, ac pru-

denti negotiacione taliter in Conuentu Caletano Gallorum calliditatis  
bus occurristi, ut & Tornacen. Ciuitas in ditione, ac potestatem no-  
stram deuenerit, & Serenissimus Frater, & Annaculus noster Henricus  
Anglorum Rex se nobiscum iungeat, ac ipsius Gallorum Regis hostem  
declarare in vim nostrorum foederum consenserit, indeq; arma nobis-  
cum sumpserit, sicq; facilius omnia Hispaniarum Regna nostro aduen-  
tu pacata fuerint, ac in nostram obedientiam, à qua nonnulli, Gallo-  
rum practicis seducti, diuerterant, plenę reducta exiiterint, quibus de-  
causis, non solum ea quæ per ipsum Diuum Maximilianum Cæsarem  
Avum nostrum, in te, suo iam dicto priuilegio collata fuerunt, approba-  
re, & confirmare, sed etiam multo maiora concedere teneremur. Tu  
tamen solita tua modestia fatus, id dumtaxat circa hæc Nobis suppli-  
candum duxisti, quatenus dictum priuilegium ipsius Diui Maximilia-  
ni Cæsarlis, in feudationemq; & Inuestituram, cum erectione Comita-  
tis, ac alijs præheminentijs ibidem insertis, omnibusq; in dicto pri-  
uilegio contentis, moderatis dumtaxat clausulis sequentibus, confir-  
mare, & approbare, & quatenus expediat, de novo concedere, ac de-  
fectus quoicumq; supplere, teq; de omnibus dictis Castris, & locis, eo-  
rumq; pertinentijs denuò inuestiræ, & infundare, ac te pro his ad de-  
bitum homagium, & fidelitatis iuramentum recipere, & admittere ex  
Imperiali benignitate dignaremur. Verum nostrum huiusmodi con-  
cessio, & infudatio in te, & filios tuos masculos ex legitimo matri-  
monio procreatos, seu procreandos, & alios descendentes masculos,  
qui ex te, & filiis tuis masculis legitimè nascentur, & in defectu  
masculorum ex recta linea masculina à te legitimè descendantium,  
proximiorem tuum, vel tuorum agnatum collateralem de familia, pro-  
sapia, & agnatione nobilium Arboriensium ordine successuò collata  
fuerit. Tu autem qui prole masculina cares, & cui vltioris prolis spes  
non subsistit, unicam dumtaxat habens filiam extra familiam vxora-  
tam, quum tamen quamplures nepotes habeas ex fratribus tuis, sisq;  
primus stipes huiusmodi feudi, & Comitatus, ita, vt tuis fratribus, alijsq;  
agnatis, & collateralibus nullum ius in re hactenus quæsitum appareat,  
tuperes hunc successionis ordinem ita immittari, ac moderari, vt tibi  
dumtaxat liceat vnum ex dictis tuis nepotibus fratum filiis, quem di-  
gnorem putaueris, eligere, ac in filium tuum adoptare, ipsiusq; feudi,  
& Comitatus tibi hæredem, & successorem designare, inter viuos, vel  
in testamento, aut alia quavis vltima voluntate. Cumq; etiam in ipsa  
infudatione, & concessione sit facta exceptio, & reseruat, o de his quæ  
per alios dictæ tuæ agnationis, & familiæ nobiles possidentur in ipsis  
Castris, & locis, quorum particularibus dominijs, & proprietatibus  
non derogaretur, nec res ipse particulates dictorum nobilium, in ipsa  
generali concessione comprehendentur, nisi dumtaxat quo ad gene-  
ralem jurisdictionem, & vniuersale dominium dictorum locorum, pos-  
setq; imposterum hæsiti, an per huiusmodi exceptionem censeantur  
reseruata priuilegia, immunitates, libertates, ac alia iura, cæteris nobi-  
lius

libus dictæ agnationis, & familiæ concessa, an vero per ipsam generalem iurisdictionem tibi concessam, ac per vniuersale dominium dictorum locorum, abrogata dici valeant. Tu qui cum dictis nobilibus dictæ familiæ, & agnationis Arboriensium, nullam per te, aut tuos, controversiam haberi velles, sed potius omnem scrupulum dubietatis, & contentionis præscindere, cuperes, vt in ipsa clausula reseruatoria per Nos expræssè adiiceretur, quod per concessionem prædictam tibi factam, ac per Nos, vt infra fiendam, nullum penitus præiudicium generetur priuilegijs, immunitatibus, libertatibus, ac iuribus aliorum dictæ tuæ agnationis, nobilium Arboriensium, sed eis integra, & illæsa permaneant, quæcumq; priuilegia, immunitates, & iura, quibus à centum annis circa, & per id tempus hactenus legitimè vñi sunt, ac de prælenti vtuntur, nisi quatenus de eorum expræssa voluntate processerit, & sua sponte, vt se, ac suos ad huius Comitatus successionē, habiles redderent, dictis eorum priuilegijs, immunitatibus, & iuribus, aut aliquibus ex eis cedere, seu renunciare voluerint. Verum, si quispiam ex ipsis nobilibus dictæ agnationis, & familiæ Arboriensium, qui nunc in rerum natura existunt, habita huiusmodi concessionis notitia, ipsam concessionem non acceptauerit, sed volens suis priuilegijs, immunitatibus, ac iuribus prædictis vti recusauerit huiusmodi generali iurisdictioni, ac vniuersali dominio tibi concessis, se, & suos, ac bona eorum subijcere, & quoad hæc eisdem priuilegijs, iuribus, ac immunitatibus, cedere renuerit, sitq; iuri consentaneum, vt ex eo quodquis impugnat, commodum recipere non debeat, cuperes per Nos declarari, quod nullus ex his nobilibus dictæ agnationis, & familiæ, etiamsi secundum ordinem dictæ concessionis, foret in gradu succedendi proximior, qui huiusmodi concessionem tibi factam impugnare præsumperet, aut qui generali iurisdictioni tibi concessæ subesse nolit, quoquismodo, per se, aut suos descendentes gaudere valeat beneficio huiusmodi concessionis, nec ad ipsius Comitatus successionem directè, vel indirectè admitti, quinimò talis impugnans, ac huiusmodi generalem iurisdictionem, & vniuersale dominium subire recusans, cum omnibus ex ea linea descendantibus, perpetuo beneficio ipsius concessionis careant, & à dicti Comitatus successione excludantur, ipsaq; successio ad alias agnatos, qui ipsam concessionem non impugnauerint, sed illi consenserint, ac generali iurisdictioni, vniuersalique dominio dicti Comitatus se subegerint, iuxta ordinem in dicta infeudatione, & concessione expræssum deueluatur. Quum insuper in ipsa infeudatione, & concessione cautum fuerit, quod ultimæ appellations, quæ pro tertia, & ultima instantia à Iudicibus dicti Comitatus emitterentur, tractari, terminari, ac decidi deberent, coram Illusterrimo Consanguineo nostro Duce Sabaudiæ, qui pro tempore fuerit, tamquam coram perpetuo Sacri Imperij nostri Vicario, cuius etiam protectioni te, & tuos, ac loca prædicta, Diuus ipse Maximilianus Cæsar Auus noster subijci voluit, modis in ipso priuilegio latius declaratis, ea potissimè lege, & conditione, quod ipse Il-

**L** Illustriſſ. Consanguineus noster Dux Sabaudiæ ipsā infeudationem, & concessionē gratā haberet, ac per suas patentes litteras, suo signo, & sigillo munītas approbaret, suoq; cōſensu roboraret, itaq; ſi Dux ipſe id facere recuſaret, ſeū negliget, aut vltra mensem poſtquam requiſitus foret, diſſerret, vel protelaret, vel imposterum quomodo libet contraueniret, tu, & tui, & omnia Caſtra, & Loca, cum iuribus, & ſubditis antedictis, ab omni ſubiectione, & protectione ipsius Ducis, ac dicti ſui Vicariatus omnino eximeremini, prout ipſe Diuus Maximilianus exemit, ac exemptos, & exempta decreuit. Et in eum caſum dictas vltimas appellatio-nes ab vltimis Iudicibus dicti Comitatus emittendas, ad Cameram Imperialem, & ad illius examen deuolui censuit, vnde cum ipſe Illustriſſimus Consanguineus noster Dux Sabaudiæ ſepiuſ, vt ait, tui parte ad id extra judicialiter requiſitus, licet expræſſe non negauerit, haec tenus ta-men effectualiter diſtulerit, infeudationem, & confeſſionem praedictam approbare, & litteras suas patentes, vt diſponebatur, concedere, dubi-tesq; ne etiam in posterū differat, ita, vt ex eius recuſatione, ſeū dilata-tione, huiusmodi loca ab illius ſubiectione, & protectione omnino exempta remaneant, dictæq; vltimæ appellations ad Imperialeм Cameram deuoluantur. Tu qui ipſius infeudationis, & confeſſionis effe-ctualem obſeruantiam, & executionem minori quo fieri poteris ſubdi-torum diſpendio, & grauamine habere deſideras, cuperes iterum eum-dem Illustriſſimum Ducem Sabaudiæ noſtriſ litteris moneri cum præ-fentium tenore ipſis litteris noſtriſ inserto, vel annexo, vt ipſam infeu-dationem, & hanc noſtram confeſſionem, & declarationem approbet, obſeruet, & exequatur, litterasq; ſuas patentes, vt præmittitur de-cernat. Et ſi id poſt ipſam monitionem noſtram per mensem diſtule-rit, locum obtineat exemptio prænarrata, ac ipſo iure effectum ſortia-tur. Verū quia dubitas, ne ipſae vltimæ appellations, quæ in eum caſum ad Cameram noſtram Imperialeм deuoluerentur, forſan ex vi di-ctæ infeudationis, ad iudicium Cameræ Imperialis in Germania trahi deberent, quod ſubditis ipſius Comitatus Gattinariæ ſummae diſpendio-sum foret, cuperes, circa id per nos declarari, ipſam appellationum de-uolutionem ad eam dumtaxat Imperialeм Cameram, quæ in Italia con-ſtituta, ſeū conſtituenda fuerit, vel ipſa Camera Imperialeм nondum erecta, ad aliū Imperialeм Vicarium ipſi Comitatui propinquiorem reſidentiam habentem, qui non ſolum de appellationibus praedictis cognoscere, ſed huiusmodi Comitatum, ac omnia illius loca, vice Sacri Imperij ſub eius protectione conſeruet, ipſamq; infeudationem, & con-ſeffionem, cum huiusmodi declarationibus, & moderationibus obſer-uet, ac exequatur, obſeruariq; & exequi faciat inconcuſſe. Quas qui-dem declarationes, & moderationes ſic per nos fieri, ac ſuper hiſ omnibus tibi opportunō noſtro priuilegio, de benignitate noſtra Imperiali provideri ſupplicasti, cæteris omnibus in dicto infeudationis, ac confeſſionis priuilegio contentis, & deſcriptis, prout iacent, in ſuo pleno ro-bore permanentibus, cuius quidem infeudationis, ac confeſſionis priuilegiij tenor ſequitur in hæc verba

*omissis...*